

## Kritisch-Exegetisches.

## Coniectanea.

Viro clarissimo Friderico Ritschl S. P. D. Carolus Badham. Humanitatis tuae luculentissimum indicium est, quod non modo opusculum meum lectoribus tuis commendasti, verum etiam quae hac de re scripseras curavisti ut ad me pervenirent. Itaque si quid novi per hoc biennium in graecis scriptoribus expiscari mihi contigit aut si quid post-hac reperiam, subinde tecum communicare non verebor. Hoc unum te rogatum velim, ut si forte ea proferam quae ab alio occupata fuisse scies, igni tradas; ceteris ita utaris ut mereri videbuntur. Navis quae fasciculum tuum huc attulit post octo dies revertetur; quare tempus non sinebat, ut aliquid tale elaborarem, quale tuis oculis subiicere velim: verum tamen pauca specimina raptim corradam. Vale, vir summe, et meis studiis favere perge.

## Sophocles Oed. R. 424

ἄλλον δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνει κακῶν,  
 ἃ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

Schneidewinus *σοί τε* insertum putat 'um das Gleichsein als beiden verschiedenen Theilen gemeinsam scharf auszuprägen'. Quod verum esset, si scribi posset *σέ τε τοῖς σοῖς τέκνοις, καὶ τὰ σὰ τέκνα σοί*. Neque idem *ἄλλον κακῶν* recte interpretatur, quae mortem Iocastae et Oedipi caecitatem subsequantur necesse est. Horum autem malorum ipse sibi auctor futurus erat Oedipus; itaque legendum censeo:

Ἄ δεξιώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

## Aristophanes Nub. 422

ἄλλ' οὐνεκά γε ψυχῆς στεροῦσ' δυσκολοκοίτου τε μερίμνης  
 καὶ φειδωλοῦ καὶ τρυφίου γαστρὸς καὶ θυμβρευτιδείπνου  
 ἀμέλει, θαρρῶν οὐνεκα τούτων ἐπιχαλκεύειν παρέχομι' ἄν.

*Οὐνεκα τούτων* inutilis est iteratio versuum praecedentium. Contra *παρέχομι* casum suum requirit. Lege

ἀμέλει, θαρρῶν ἐπιχαλκεύειν τούτω παρέχομι' ἄν ἐμαυτόν.

Apud eundem Ecclesiaz. 202 nulla est lacuna: legendum uno tenore

σωτηρία παρέκλυεν, ἄλλ' ὀργίζεται  
 Θερασύβουλος, αὐτὸς οὐχὶ παρακαλούμενος.

Ad haec scholiastes: ἐβούλετο δι' αὐτοῦ πάντα πράττεσθαι.

Apud Thucydidem libro II

c. 2 l. 15 (Bekk.) lege *ἐπαγαγομένοις*. Iam introducti erant.

c. 3 l. 3 lege *κατ' αὐτὸ τὸ περίορθρον*.

c. 4 l. 31 lege *ὃ ἦν πλησίον τοῦ τείχους καὶ αἱ θύραι κέ*.

c. 7 l. 4 recte cod. B. *Λακεδαιμόνιοι*. Pro *ἐπειτάθησαν* lege *ἐπειτετάχσαν*.

c. 8 l. 32—33 coniectio: *ἐν τούτω τε κεκωλύσεσθαι ἐδοκέει τὰ πράγματα ἐκάστω εἰ μὴ τις αὐτὸς παρέσται*.

c. 10 l. 30 lege ἐς τὴν Ἀτικὴν ἐπειδὴ ἐκάστοις ἐτοῖμα γί-  
νοιο· κατὰ δὲ τ. χ. Mox recte C et G ἀξιώτατους.

c. 11 l. 26 pro παρασκευάζεσθαι lege cum cod. C παρεσκευά-  
σθαι. Sero aliquis ἐν τῇ πολέμῳ ὢν παρασκευάζεται.

Ibid. l. 1—2 lege πᾶς γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παρα-  
τίκα πάσων τι ἀήθες ὄργῃ (sic E) προσπίπτει. Nam si ὄργῃν re-  
tineas, ταυτολογία erit quae sic saltem refingenda esset καὶ ἐν τῷ  
ὄργῃν ἐν τῷ παρατίκα.

c. 13 l. 1. 6 lege μὴ πολλάκις (ἦν ἢ αὐτὸς ι. β. χ. τ. ἀ. ἀ. παρα-  
λίπη ἦ καὶ Α. κελυσάντων) ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἑαυτοῦ γένηται τοῦτο κ. ἐ.  
Infra l. 34 non modo ἦν sed etiam ἦ damnaverim.

c. 15 l. 21 vide num verba τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται scholiastae  
tribui oporteat, ut sensus sit ὡς νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια.

c. 16 l. 32 pro μετεῖχον lege ἀντεῖχον. ANT et M<sup>6</sup>T fa-  
cillime confunduntur.

c. 20 l. 15 malim ἐνέσεσθαι. Τῇ γνώμῃ τουαύτῃ μὲν ὁ Ἀρχί-  
δαμος κ. ἐ.

c. 21 l. 34 Bekkerus: ὡς om. A. B. E. F. Recte; nam  
ὢν in ὡς mutandum.

c. 35 l. 20 dele verba ἀγορεύεσθαι αὐτόν, nisi Graecum tibi  
videtur ὁ λόγος ἀγορεύεται. Post τὸν λόγον τόνδε ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς  
ἐκ τῶν πολέμων θαυτομένους quis non sentit nihil prorsus desiderari,  
neque quidquam commode adiungi posse?

c. 37 l. 6 lege προσιθέμενοι. Mox διὰ δέος oratoris sententiae  
contrarium est: quod verius esset, δι' αἰδῶ, necessarium non est et  
antithesin turbat.

c. 39 l. 29 pro καθ' ἐκάστους luce clarius est postulari καθ'  
ἑαυτούς.

c. 40 l. 12 lege σφέτερα πρὸς ἔργα τετραμμένους.

c. 41 l. 6 opponuntur ὁ πολέμιος et ὁ ὑπέρκοος. Si quid  
utrivis adicias, antitheticam concinnitatem pessumdabis. Sed qui  
ἐπελθόντι adiecit, etiam peius fecit. Quid enim? Num soli hostes  
qui nobis arma inferunt κακοπαθοῦσι? Nonne etiam illi quibus nos  
arma inferimus? Quare deletur ἐπελθόντι. Mox lege vel οὐ τι  
ἀμάρτυρόν γε vel οὐ τι δὴ ἀ. γε.

c. 42 l. 1 lege οὔτε πενία omisso ἐλπίδι. Mox pro ἐφίεσθαι  
ἀφίεσθαι, et καὶ ἐν αὐτῷ verte in καὶ ἑαυτῶν.

c. 43 l. 2 immo παρορᾷσθε h. e. δυσωπείσθε, quod lenius est  
quam φοβεῖσθε. Mox lege οἷς ἐλπίς ἔστ' ἀγαθοῦ, nisi forte credis  
oratorem non παράδοξα sed plane ἄτοπα dicere voluisse.

Plato Phaed. 100 D οὐ οὐκ ἄλλο τι ποιεῖ αὐτὸ καλὸν ἢ ἡ  
ἐκείνου τοῦ καλοῦ εἶτε παρουσία εἶτε κοινωνία, εἶτε ὅπῃ δὴ καὶ ὅπως  
προσαγορευομένη. Sic Turicenses ex infelici Wytttenbachii coniectura.  
Vera est librorum lectio προσγενομένη. Nam παρουσία et κοινωνία  
inter se non opponuntur, immo ne opponi quidem possunt. Sed Plato  
primum univere παρουσίαν ponit, deinde varias de huius παρον-  
σίας natura sententias attingit. (Eae in Philebo 15 B recensentur,  
quo in loco fidenter repono ὁμῶς μὴ εἶναι βεβαίωτατα μίαν ταύτην.)

Itaque omissio priore εἴτε legendum: τοῦ καλοῦ παρουσία, εἴτε κοινωνία εἴθ' ὅπη δὴ καὶ ὅπως προσγενομένη.

Idem ibid. 101 D οὐ δὲ δεδιώς ἂν τὸ λεγόμενον τὴν σαυτοῦ σκιάν καὶ τὴν ἀπειρίαν, ἐχόμενος ἐκείνου τοῦ ἀσφαλοῦς τῆς ὑποθέσεως, οὕτως ἀποκρίναιο ἂν; εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐώης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο ἕως ἂν τὰ ἀπ' ἐκείνης ἐρμηθέντα σκέψαιο, εἰ σοὶ ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ διαφωνεῖ. Locus misere interpolatus est ab homine qui ne mentem quidem scriptoris perspexit; nec mirum si Graeculus ea non intellexit, quae Wytttenbachius perperam interpretatus est. Quid enim? Num ille qui semel tuta[m] illam viam ingressus est, ut omnem rei cuiusvis causam praeter τὴν τῶν εἰδῶν παρουσίαν respuat, rursus principio suo ita diffidet, ut quaerendum putet utrum quae ex illo consequuntur inter se consentiant nec ne? **ΕΩΙCAN** et **ΕΩΙHCAN** eiusdem verbi diversam scripturam repraesentant. Vtraque, quae τῶν διτιγραμμῶν communis sors est, in orationis seriem recepta, effectum est ut locus lacunosus videretur; hinc nata supplementa. Lege: *Εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐώης* (v. εἰώς) ἂν τὰ ἀπ' ἐκείνης ἐρμηθέντα, εἰ σοὶ ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ διαφωνεῖ. Mox legendum φύροις.

Idem Euthyd. 305 C. D οἴονται δ' εἶναι πάντων σοφώτατοι ἀνθρώπων, πρὸς δὲ τῶν εἶναι καὶ δοκεῖν πάνν παρὰ πολλοῖς, ὥστε παρὰ πᾶσιν εὐδοκμεῖν ἐμποδῶν σφίσιν εἶναι οὐδένας ἄλλους ἢ τοὺς περὶ φιλοσοφίαν ἀνθρώπων. ἡγοῦνται οὖν, ἐὰν τοῖτους εἰς δόξαν καταστήσωσι μηδενὸς δοκεῖν ἀξίους εἶναι, ἀναμικρβητήτως ἡδὴ παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια εἰς δόξαν οἴεσθαι σοφίας πέρι. εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σφᾶς σοφωτάτους, ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις λόγοις ὅταν ἀποληφθῶσιν, ὑπὸ τῶν ἀμφοῖν Εὐθύδημον κολούεσθαι. σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι πάνν εἰκότως. Dele quae ne Graeca quidem sunt, εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σφᾶς σοφωτάτους. Quae sequuntur ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις . . . . κολούεσθαι non hic sed statim post παρὰ πολλοῖς ponenda. Tum alterum εἰς δόξαν et totam sententiam σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι πάνν εἰκότως facessere iubendo Platonem a scribarum sordibus liberaveris.

Idem Phileb. 45 B Ἄλλ' οὐχ οἱ πυρέττοντες καὶ ἐν τοιούτοις νοσῆμασι ἐχόμενοι μᾶλλον διψῶσι καὶ διγοῦσι καὶ πάντα, ὁλόσα διὰ τοῦ σώματος, εἰώθασι πάσχειν, μᾶλλον δὲ ἐνδεία ξυγγίγνονται καὶ ἀποπληρουμένων μείζους ἡδονὰς ἔχουσιν; Lege πάντων ἐν ξυντείνονται coll. 47 A et 46 D. Mox pro ὅρα δὲ μὴ με ἡγῆ διανοούμενον ἐρωτᾶν σε, quae duplici barbarismo affecta sunt, lege μὴ με διάνου ἐρωτᾶν σε.

Idem ibid. 60 B Σωκράτης δὲ πρῶτον μὲν οὐ φησι τοῦτ' εἶναι, δύο δὲ καθάπερ τὰ ὀνόματα, καὶ τό τε ἀγαθὸν καὶ τὸ ἡδὺ διάφορον ἀλλήλων φύσιν ἔχειν. Lege: ἐν μὲν οὐ φησι τοῦτ' εἶναι, δύο δὲ καθάπερ τὰ ὀνόματα. Fons erroris est, quod ordinalia eodem compendio quo cardinalia scribi solent, velut hoc loco *Ἄ* μὲν. Simili remedio sanari poterit Xenophontis locus in H. G. II 4, 31 ἐπεὶ δ' οὐκ ἐπέθοντο, προσέβαλλεν ὅσον ἀπὸ βοῆς ἔνεκεν, ὅπως μὴ δῆλος εἴη εἰμενῆς αὐτοῖς ὢν. Pro **ΑΠΟΒΟΗΣ** coniiicio scriptum olim

fuisse **ΑΠΡΒΟΛΗΣ**, i. e. μᾶς προσβολῆς.

Xenophon H. G. VI 2, 27 εὐθὺς μὲν γὰρ τὰ μεγάλα ἰστία αὐτοῦ κατέλιπεν, ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν πλέων· καὶ τοῖς ἀκατίοις δὲ καὶ εἴ εὐφορον πνεῦμα εἶη ὀλίγα ἐχοῖτο. Quoniam τὰ μεγάλα ἰστία ab ἀκατίοις nihil distant, fieri non potest ut Iphicrates magna vela domi reliquerit, si his ipsis in navigando usus est. Rem ipsam spectantibus mirum videbitur non potius vela omnia minora tanquam inutilia domi relicta, utpote quibus aptandis mutandisque socii tempus insumpturi essent, cum in remigando rectiorem cursum tenere potuissent. Velum maximum hoc minus impediēbat, praesertim si tum modo adhibebatur, cum ventus a puppi erant. Itaque corrigo: εὐθὺς μὲν γὰρ τὰ μὲν ἄλλα ἰστία κ. τ. ε.

Dabam Sydneiae m. Martio 1872.